MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81187-5

AUTHOR:

VOLKMUTH, PETER

TITLE:

KANTIUS CUM HERMESIO...

PLACE:

VRATISLAVIAE

DATE:

[1834]

Master Negative #

93-81187-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Volkmuth, Peter,

Kantius cum Hermesio in philosophia theoretica comparatus; dissertatio, quam scripsit... Petrus Volkmuth... Vratislaviae, typis Grassii, [1834]

34 p. 24 cm.

Thesis, Breslau, 1834.

414352

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm   REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 3-22-93   INITIALS M.D.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

KANTIUS CUM HERMESIO
IN
PHILOSOPHIA THEORETICA
COMPARATUS.

DISSERTATIO,
QUAM SCRIPSIT
ET
AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHORUM
AUCTORITATE
PRO
VENIA LEGENDI RITE OBTINENDA
DIE XXII. DECEMB. A. MDCCCXXXIV
HORA X IN AULA MINORE
PUBLICE DEFENDET

PETRUS VOLKMUTH,
PHILOSOPHIAE DOCTOR

OPPONENTIBUS

ROBERTO JAENSCH,
AURIMONTANO, SEM. THEOL. CATHOL. SODALI,
ADOLPHO VARENNE,
GLOGAVIENSI, STUD. PHILOS.

VRATISLAVIAE,
TYPIS GRASSII, BARTHII & SOCIORUM.

INTRODUCTIO.

Si historiae, quae exstant, monumenta vel obiter tantum evolvere volueris, variasque discutere quaestiones, quas omnium temporum philosophi susceperunt expediendas: mirum fortasse videbitur, post tot tamque praeclarorum, ingenio et doctrina eminentium, virorum studia in ipsa philosophia collocata, nostrates tandem in fundamentis artis jaciendis quam maxime versari, et hanc potissimum agitare quaestionem: numquae sit menti humanae data, quam lateque pateat veri dijudicandi facultas, et quae sit ejus in fungendo munere suo conditio. Refertur haec praevia philosophia, quae eadem Criticismus vocatur, ad Kantium auctorem. Cujus autem de his rebus sententia quum minus probata videretur, alii a principis auctoritate philosophi deficientes aut permutare acceptam, aut novam condere disciplinam sunt ausi. Huc pertinet quoque Hermesii philosophia, quae non solum a Kantiana, verum etiam a ceteris omnibus, quotquot exstitere, mirum quantum discrepat.

Nostrum est, hoc loco viam et rationem, quam Kantius in summis veri dijudicandi princi-

piis inveniendis ingressus est, cum ea, qua Hermesium usum fuisse constat, breviter comparare.

At non est in animo totam hanc rem amplecti; est theoretica potissimum via, quam solam aggredi volumus. Quod ut justo modo institui possit, ita nobis agendum erit, ut, quantum quoque modo res postulare videbitur, ex ipsis fontibus hauriamus. Quare Kantii librum, qui inscribitur „Kritik der reinen Vernunft", (edit. 4ta), Hermesii, „Philosophische Einleitung" u. s. w. (edit 1ma) adhibebimus.

Res autem expedienda duobus partibus continetur. In prima Kantii et Hermesii philosophandi rationem breviter exponemus, in altera deinde nostram de his rebus sententiam aperire conabimur.

PARS PRIMA.

I.

Kantii philosophandi ratio.

§ 1.

Postquam Kantius de variis, quibus ornati simus cognitionum generibus disputavit, de philosophia fusius disserere aggreditur (pag. 19). Esse philosophos in ea, quam tenere sese profiteantur, arte in varias sibique contrarias sententias quam maxime distractos. Hujus rei in causa id potissimum esse, quod, priusquam philosophiam expediendam susceperint, aut omnino non, aut non satis accurate quaestionem primariam adierint, quae ita fere possit enuntiari: „Wie sind synthetische Urtheile a priori möglich?" Etenim philosophiam, quippe quae firmioribus innisa sit fundamentis, nisi primaria illa quaestione satis expedita, nullam esse. Esse etiam alias disciplinas, in quibus „synthetische Urtheile a priori" videre liceat, ut mathesin, ut physicam puram s. rationalem. Quae quoniam in rerum, ad quas spectent, cognitione mirum quantum perfectae sint atque absolutae, facile quempiam eo posse adduci, ut crediderit, philosophiam, vel hodie quam maxime fluctuantem, vix satis firmam esse futuram. Quoniam vero non ad libitum suscipiatur philosophiae studium et deponatur, sed ea potius vi teneri homines, ut facere non possint, quin ad eam exercendam quasi detrahantur: e primaria illa quaestione expedienda unam salutem philosophiae esse petendam. Esse autem hanc omnem quaestionem in eo, ut strenue dijudi-

cetur: numquae sit, quam lateque pateat innata nobis veri inveniendi facultas, et quae sit ejus in munere suo fungendo conditio (pag. 24.).

§ 2.

Kantius, quoniam omnium primas rerum cognitiones a sensuum perceptionibus proficisci videt, etiam quaestionem illam a sensibus ordiri debere statuit. Huc accedere, ut cetera omnis cognitio, nisi a sensibus pulsa, non nascatur.

Sensus externus a rebus extra nos positis afficitur, quae in spatio extensae sunt, aut saltem esse videntur; per sensus item res percipiuntur mutationibus obnoxiae, quae eaedem inde in tempore tanquam collocatae apparent. Quod quum igitur objecta, quae in sensus cadunt spatio et tempore quasi involuta occurrunt, Kantius in expedienda quaestione: numquid sit sensibus fides adhibenda, necne, ita versatur, ut, quid de spatio et tempore statuendum sit, fusius disquirat.

Esse autem spatium et tempus, quippe quae tanquam necessariae conditiones ad percipiendum quid subesse debeant, nihil praeterquam imagines menti nostrae a priori ita inhaerentes, ut ab ea in rebus percipiendis necessario efficiantur, et rebus ipsis, quippe quae fugiant intelligentiae nostrae vim, quasi affigantur, quo fieri, ut et in spatio extensae illae et in tempore collocatae nobis obversentur. Quare has formas intuendi esse mere subjectivas, nec quidquam inveniri in rerum natura, quod iis respondeat. *)

---

*) (Pag. 59.) Wir haben also sagen wollen: dafs alle unsre Anschauung nichts als die Vorstellung von Erscheinung sei: dafs die Dinge, die wir anschauen, nicht das an sich selbst sind, wofür wir sie anschauen, noch ihre Verhältnisse so an sich selbst beschaffen sind, als sie uns erscheinen, und dafs, wenn wir unser Subject oder auch nur die subjective Beschaffenheit der Sinne überhaupt aufheben, alle die Beschaffenheit, alle Verhältnisse der Objecte in Raum und Zeit, ja selbst Raum und Zeit verschwinden würden, und als Erscheinungen nicht an sich selbst, sondern nur in uns existiren können.

Ad comprobandam hanc sententiam Kantius haec fere profert argumenta. Facile quidem fieri posse ut quis res in spatio extensas nullas esse cogitet; at ipsius spatii imaginem necessariam esse nobis, quam delere frustra coneris. Deinde ad percipiendum quid in spatio extensum jam desiderari ipsius spatii imaginem in nobismetipsis positam. Tertium quod affert, eo continetur, ut singulas partes spatii, ex quibus totum constet, ob eam ipsam causam, quod partes sint, nisi totius spatii imago praeformata praecesserit, haud percipere possis.

His cognitis atque consideratis cuivis facile esse intellectu, qui fiat, ut geometres firmas de spatii proprietate cognitiones, easque via synthetica et a priori comparatas, se tenere satis confidenter profiteantur. Hoc nullo modo fieri posse, nisi spatium menti nostrae volueris tanquam inclusum. Eodem fere modo de tempore.

Quae quum ita sint, facile quempiam eo adduci posse, ut crediderit, nullas esse omnino res extra nos positas. Esse autem hanc sententiam summopere impugnandam. Nimirum ex spatii et temporis idealitate hoc quidem concludi licere: quales in sensus incurrant res, tales non esse, illud vero: nullas esse, non item. *)

§ 4.

His expeditis, Kantius alteram cognitionum speciem

---

*) (Pag. 69.) Wenn ich sage: im Raum und der Zeit stellt die Anschauung, sowohl der äufseren Objecte, als auch die Selbstanschauung des Gemüthes, beides vor, so wie es unsere Sinne affizirt d. i. wie es erscheint; so will das nicht sagen, dafs diese Gegenstände ein blofser Schein wären..... So sage ich nicht, die Körper scheinen blofs aufser mir zu sein, oder meine Seele scheint nur in meinem Selbstbewufstsein gegeben zu sein, wenn ich behaupte, dafs die Qualität des Raumes und der Zeit, welcher, als Bedingung ihres Daseins, gemäfs ich beide setze, in meiner Anschauungsart und nicht in diesen Objecten an sich liege. Es wäre meine eigene Schuld, wenn ich aus dem, was ich zur Erscheinung zählen sollte, blofsen Schein machte.

aggreditur, quae in *rerum notionibus* versatur, et ab *intellectu*, ut perhibet, proficiscitur. Non esse autem intellectum pluris faciendum quam sensus; sed omnino vanum esse illum potius et mere inanem, si sensus, quippe qui visa praebeant formanda, aliquando deficiant. Quare notiones, nisi ad objecta sensibus percepta referantur, esse inanes, quandoquidem, quae iis respondeant, res reperire non possis (pag. 75).

Eodem modo, quo supra de sensuum perceptione disputatum sit, hoc loco etiam de intellectu ejusque vi et natura esse videndum, quo intelligatur, qui fieri possit, ut probatae hac via rerum cognitiones comparentur. Id ut rectius instituatur, *quot, qualesque sint, quibus in cogitando utatur intellectus notiones a priori, ex ipso intellectu petitas, et quae sit earum vis atque conditio*, in medium esse proferendas. Hoc vero non ita fieri debere, ut, quas nominavimus, notiones mere exponantur, et in minimas, ex quibus constent, partes distrahantur; sed arte critica acriter adhibita ad fontem usque esse recurrendum. *)

§ 5.

Esse intellectum totum in eo, ut notiones *in judicando* adhibeat: quare omnes, in quibus versetur intel-

*) (Pag. 90.) Ich verstehe unter der Analytik der Begriffe nicht die Analysis derselben, oder das gewöhnliche Verfahren in philosophischen Untersuchungen, Begriffe, die sich darbieten, ihrem Inhalte nach zu zergliedern und zur Deutlichkeit zu bringen, sondern die noch wenig versuchte Zergliederung des *Verstandesvermögens selbst*, um die Möglichkeit der Begriffe a priori dadurch zu erforschen, dafs wir sie im Verstande allein, als ihrem Geburtsorte, aufsuchen und dessen reinen Gebrauch überhaupt analysiren; denn dieses ist das eigentliche Geschäft einer Transzendental-Philosophie; das übrige ist die logische Behandlung der Begriffe in der Philosophie überhaupt. *Wir werden also die reinen Begriffe bis zu ihren ersten Keimen und Anlagen im menschlichen Verstande verfolgen, in denen sie vorbereitet liegen* u. s. w.

lectus, functiones posse inveniri, si quot qualesque exstent *judicandi formae* acriter exhibeantur. *) Varias autem, in quibus sit intellectus, cogitandi functiones ad quatuor capita commode referri posse omnes, quae vulgo *quantitas, qualitas, relatio, modalitas* nominentur. Esse has formas per se suaque natura omnes inanes, in iisque, quod cogitetur, nihil inveniri. Ex eadem vero animi facultate, quae in his formis tanquam moveatur, nasci, quod cogitari possit. Quod quoniam non extrinsecus offeratur atque imprimatur, sed ex ipsa mente procedat, notiones effici, quas nominent „a *priori*.“ Inde tot exstare *notiones a priori*, quot sint formae **) cogitandi ex eodem fonte profectae. Has autem notiones esse *categorias* illas. Ex his intelligi, nihil posse ab intellectu cogitari, nisi quod formis illis indutum sit, et categoriis tanquam involutum.

§ 6.

Maxime vero explorandum esse, qualis sit, quam lateque pateat justus et legitimus notionum, quae hucusque expositae sint, usus, quousque protendere liceat, unde resi-

*) (Pag. 94.) Wir können aber alle Handlungen des Verstandes auf Urtheile zurückführen, so dafs der Verstand überhaupt als ein Vermögen zu urtheilen dargestellt werden kann..... Die Functionen des Verstandes können also insgesammt gefunden werden, wenn man die Functionen der Einheit in den Urtheilen beständig darstellen kann.

**) (Pag. 105.) Derselbe Verstand also, und zwar durch eben dieselben Handlungen, wodurch er in Begriffen, vermittelst der analytischen Einheit die logische Form eines Urtheils zu Stande brachte, bringt auch vermittelst der synthetischen Einheit des Mannigfaltigen in der Anschauung überhaupt, in seine Vorstellungen einen transzendentalen Inhalt, weswegen sie reine Verstandes-Begriffe heifsen, die a priori auf Objecte gehen, welches die allgemeine Logik nicht leisten kann.

Auf solche Weise entspringen gerade so viele reine Verstandes-Begriffe, welche a priori auf Gegenstände der Anschauung überhaupt gehen, als es in der vorigen Tafel logische Functionen in allen möglichen Urtheilen gab.

stere oporteat. Quod si acriter de his rebus quaeratur, haud difficile esse intellectu, his ducibus notionibus ultra sensuum perceptionem nullo pacto te progredi debere. Etenim in vera rerum cognitione duo quam maxime desiderari: notionem et visum. Quo fieri, ut, si sensus rem praebere recusent, ni vanas umbras et inania visa amplecti velis, omnino sit abstinendum. *)

Sin quaesieris, qui fiat, ut notionibus illis, quippe quae non tam a rebus ipsis profectae quam menti nostrae inhaerentes exstent, cognosci quid possit: facile intelligi, hoc eodem fere modo effici, quo quid in spatio extensum, in tempore collocatum cognoscendo amplectamur. Quare quod de spatio et tempore disputatum sit supra, eodem jure ad notiones pertinere, ita ut, licet cogitemus quidem necessario rem esse quampiam, licet cogitemus causas rerum, et quidquid unquam sub categorias cadere possit, res ipsas earumque affectiones atque conditiones cogitando minime attingamus. Esse potius omnem cogitationem nihil praeterquam imaginem mere subjectivam, in mente nostra inclusam, quam qui in rem ipsam transferre voluerit, inconsulto agere eum et plus justo humanae naturae tribuere. **)

---

*) (Pag. 146.) Sich einen Gegenstand denken und einen Gegenstand erkennen, ist also nicht einerlei. Zum Erkenntnisse gehören nämlich zwei Stücke: erstlich der Begriff, wodurch überhaupt ein Gegenstand gedacht wird (die Categorie) und zweitens die Anschauung, wodurch er gegeben wird; denn könnte dem Begriff eine correspondirende Anschauung gar nicht gegeben werden, so wäre er ein Gedanke der Form nach, aber ohne allen Gegenstand, und durch ihn gar keine Erkenntniſs von irgend einem Dinge möglich; weil es, so viel ich wüſste, nichts gäbe, noch geben könnte, worauf mein Gedanke angewandt werden könnte. Nun ist alle uns mögliche Anschauung sinnlich, also kann das Denken eines Gegenstandes überhaupt durch einen reinen Verstandes-Begriff bei uns nur Erkenntniſs werden, sofern dieser auf Gegenstände der Sinne bezogen wird. Confer. pag. 148.

**) (Pag. 164.) Es ist nun nichts befremdlicher, wie die Gesetze der Erscheinungen in der Natur mit dem Verstande und seiner Form a priori, d. i. seinem Vermögen, das Mannigfaltige überhaupt zu verbinden, als wie die Erscheinungen selbst mit der Form der sinnlichen Anschauung a priori übereinstimmen müssen. Denn Gesetze existiren eben so wenig in den Erscheinungen, sondern nur relativ auf das Subject, dem die Erscheinungen inhäriren, sofern es Verstand hat, als Erscheinungen nicht an sich existiren, sondern nur relativ auf dasselbe Wesen, sofern es Sinne hat. Dingen an sich selbst würde ihre Gesetzmäſsigkeit nothwendig, auch auſser einem Verstande, der sie erkennt, zukommen. Allein Erscheinungen sind nur Vorstellungen von Dingen, die, nach dem was sie an sich sein mögen, unerkannt da sind.

II.

Hermesii philosophandi ratio.

§ 7.

Si quis ea, quae hucusque de Kantii disciplina disputata sunt, secum reputare et constanter persequi velit, facile intelliget, qualem vim exerceant illa in revelationem, quam exstare perhibent, divinam comprobandam atque tuendam. Est haec probata Christianisque accepta sententia, revelationem, quam tenere se profitentur, a Deo vere esse profectam. Hujus sententiae vim quum exploraret Kantius, idque adhibita ea, quae supra exposita est philosophia, necessario eo se vidit deductum, ut non modo probari non posse contenderet, revelationem exstare divinam, sed hoc etiam praefracte propugnaret, talem institutionem a Deo ad homines minime posse manare. Quod si verum est argumentisque probatum, profecto temere agunt, qui sive christianam sive aliam quamlibet dicamus, revelationem tanquam probatam tueantur. Nec fugit Hermesium. Ne temere et inconsulto, suo orbatus judicio, aliorum auctoritatem sequi cogatur, Hermesius rem acriter agitatam proprio Marte expedire ausus est. Quum vero Kantius ejusque familia pugnam cum theologis susceptam philosophiae ope depugnarent, indeque proterve quoquoversus debacharentur, profecto etiam armis a philosophia petitis im-

pugnanda erat illorum sententia. Quare in eo est Hermesius, ut inquirat, numquid fieri possit, ut justo modo et legitime e philosophia ad theologiam progrediaris. Pag. 3.

Esse hanc quaestionem nullius negotii, si primum constiterit, numquae sit, quam lateque pateat innata nobis veri inveniendi facultas. (Pag. 77.) Atqui hac potissimum de re nostrates in varias abiisse sententias, ita ut non solum de fide christiana verum etiam de ceterarum omnium rerum cognitione maxima exstet contentio. Licet enim assensionem usque adhibeas idque necessario rebus cognitis, fidem tamen et certitudinem inde comparatam acerrime et ex animo a philosophis impugnari.

Quod ut sine ira et studio dijudicetur, suum esse hanc primariam expedire quaestionem: *quid statuendum sit de assensione illa cum cognitione humana naturaliter consociata?* Verum enim vero quod liqueat, nihil posse proferri, nisi varias, quibus effici in nobis soleat assensio, vias persequi, earum vim et naturam ex ipsarum fonte petitam exhibere susceperis. (Pag. 78.)

§ 8.

Exstare psychologiam empiricam cujus hoc proprium munus sit, ut, quotquot fieri soleant circa mentem nostram affectiones vel actiones, teste sensu interno naturali ordine exhibeat. Quare de assensione si quaesieris, e propria conscientia omnia esse haurienda. Hoc autem inde esse in aperto, assensiones ad duo fere capita posse referri omnes, aut enim voluntariam adhiberi assensionem aut physice necessariam. Nos autem, quoniam theoreticam tantum partem philosophiae Hermesianae considerare libet hoc loco, voluntariam illam, quae vernacule *Fürwahrannehmen* nominatur, omittamus; altera vero, quae naturae necessitate in nobis nascitur, quamque vulgo *Fürwahrhalten* dicimus, fusius explicanda erit.

§ 9.

Teste propria conscientia ita nos esse a natura comparatos, ut, si per sensus, sive externos sive internum dicamus, necessario quid perceperimus perceptumque cognoverimus, *statim assensionem adhibeamus*, idque *naturae necessitate coacti*, quo fieri, ut rem necessario perceptam atque cognitam etiam *pro reali habeamus*. Nos vero non ideo rem pro reali habere, quod jam de ejus realitate firmiter nobis persuasum sit h. e. assensionem non hanc ob causam adhiberi, quod *percipiendi et cognoscendi via rem tanquam realem invenerimus; esse potius hanc assensionem sua vi suaque natura cum necessaria cognitione copulatam, et exstare vel invitis nobis, priusquam quaestionem de cognitionis fide volueris susceptam.* Quam primum enim conscientia cognitionis necessario comparatae in nobis existat, semper una et simul assensionem, eamque aeque necessariam, cum cognitione consociatam inveniri, retineri enim omnem assensionem non posse. *)

Differre autem mirum quantum assensionem a cognitione. Nimirum hoc esse cognitionis, ut *idea s. imago objecti alicujus in mente nostra existat, aut saltem existere videatur*; assensionis vim autem in eo cerni, *ut objecto, ad quod referatur imago,*

*) (Pag. 184.) Ich finde mich in keinem Falle, wo ich mir mit Nothwendigkeit — unmittelbarer oder mittelbarer — etwas zu erkennen scheine, im Selbstbewuſstsein *bloſs erkennend*, sondern ich finde mich in jedem solchen Falle allemal auch das *Erkannte* (vom Verstande Gedachte) für wirklich haltend..... Ich finde also, so oft ich erkenne, die Erkenntniſs aber nicht in ihrem Ursprunge schon ein Machwerk der Einbildungskraft oder doch des nach Vorschrift des Willens wirkenden Verstandes ist, das *Fürwirklichhalten des Erkannten* in mir, ohne daſs ich, nachdem ich die Erkenntniſs weiſs, (so viel ich mir bewuſst werde) noch irgend etwas erst thäte, dieses Halten heranzubringen; ja auch, ohne daſs ich, wenn ich auch wollte, irgend etwas erst thun könnte, es heranzubringen: denn mit dem Bewuſstsein des Erkennens ist zugleich auch das Bewuſstsein des Haltens schon da. Man nehme nur jeden beliebigen Fall des Erkennens durch den äuſsern oder innern Sinn oder durch nicht willkührlich geschaffene Begriffe vor, und man wird finden, was ich sagte.

propriam et a nobismetipsis sejunctam realitatem tribuamus, idque tale in rerum natura esse credamus, quale in imagine nobis obversetur. Quare non eam esse assensionem illam necessariam, ut aut novas nobis rerum ideas, quae fugiant et sensuum vim et intelligentiae notiones, afferat, aut allatas etiam clariori luce circumfusas praebeat; sed his omnibus rite jam absolutis, accedere illam, ita, ut necessario largiatur nobis, quod frustra in notionibus et ideis desideretur: approbationem et firmam persuasionem de objectorum realitate. *)

§ 10.

Jam nunc quaeri de assensione illa, quae nobis tanquam instrumentum realitatis inhaereat, quid sit statuendum, sitne fide digna, necne. Hoc autem effici non posse, nisi animum ad eam intendamus, quo intelligatur, quaenam sit ejus vis, quae conditio. Quod sin vero talem se praestet futuram, qualem frustra retinere coneris aut delere susceperis: satis illam firmam habere fidem et approbationem, licet de rebus ipsis, ad quas spectet, nihil omnino constiterit. **) Quid igitur de assensione?

---

*) (Pag. 186.) Durch dieses Halten lebt ein jeder, weil es mit alle unserm eigentlichen Erkennen auf dieselbe Weise vergesellschaftet ist, bei jedem Schritt und Tritt, ohne dafs er es sucht, in einer wirklichen Welt, statt er sich durch sein Erkennen allein überall in einer blofs gedachten oder scheinbaren Welt befinden würde; und er hat nun jene so nothwendig als diese. —

**) (Pag. 186.) Wie sicher wir aber fahren bei diesem Halten, wie sehr wir uns also wohl dazu verlassen dürfen, dafs in uns und aufser uns eine Wirklichkeit sei; darüber kann, so lange die Reflexion fehlt, gar die Frage nicht kommen, weil diese Frage erst durch die Reflexion über das Halten möglich wird: und wenn die Reflexion über das Halten auch eintritt, und diese Frage möglich macht, so ist — wenn anders das Halten da noch unwiderruflich bestehen bleibt — diese Frage wenigstens nichtig, und jede Antwort auf dieselbe für die Sache gleichbedeutend.

§ 11.

Quotquot exstent cognitiones, aut ad res extra nos positas, aut ad ipsam mentem nostram referri. Utrobique tum sensuum perceptione tum intelligentiae vi comparari cognitiones, ad easque omnes, si quidem necessario comparatae sint, accedere assensionem illam necessariam, quo fieri, ut tum mentis nostrae affectiones et mentem ipsam, tum etiam phaenomena externa et, quibus inhaereant, substantias pro realibus habeamus. Assensionem ipsam, sive ad internam sive ad externam rem pertinere dicamus, semper esse rem internam h. e. mentis nostrae affectionem. Quare, quidquid de assensione proferatur, id omne e propria conscientia esse hauriendum. Esse autem conscientiam, si solam directam perceptionem atque cognitionem consideres, omni fide orbatam, nec satis veracem ad dijudicandam illam assensionem. Nihil enim esse in directa perceptione atque cognitione praeterquam imaginem menti nostrae inhaerentem, quae sitne fidelis annon, nullo modo posse constare. Sin vero adhibita assensione ipsam assensionem persequi et examinare volueris, in eo esse petitionem principii, qua majorem nemo unquam commiserit, quandoquidem quod justo modo examinare susceperis, id tanquam certum et exploratum adhibere audeas. Ex his intelligi assensionem ipsam, tanquam mentis nostrae affectionem, non solum non tolli, verum etiam ne examinari quidem posse. Hoc quod de assensione, tanquam re interna, vere dicatur, eodem jure de ceteris phaenomenis internis posse affirmari, quo fieri, ut iis omnibus fidem et approbationem adhibere cogamur, quae nobis consciis in nobis fiant, et sensu interno directe percipiantur. — Mundum internum igitur, quatenus in sensum incurrat, pro reali habendum esse; sed quid de mundo externo? —

Esse res internas pro realibus habendas, quia assensionem ad eas pertinentem sine petitione principii examinare non possis. Non eandem rerum externarum esse conditionem. Etenim hoc quidem concedi debere, assensionem tanquam rem internam, quae ad aliquam rem externam

pertineat necessario nobis esse realem; de re ipsa autem, quippe quae extra nos posita sit, acriter adhuc quaeri et posse et debere. Quod quum vero ideae, imagines in mente nostra insidentes a rebus extra nos positis effectae videantur: omnem de objectorum externorum realitate susceptam quaestionem ita esse expediendam, ut dijudicetur, sintne, annon sint, res externae habendae pro causis nostrarum imaginum atque idearum. *)

§ 12.

His expeditis exstare primam realitatem, eamque sua vi satis firmatam. Jam nunc quaeri, qui fiat, ut ad ceteras res, quae pro realibus habendae sint, siquidem ullae sint, justo modo progrediaris. Hermesius viam apertam videt, quam insistens hanc quaestionem se expedire posse profitetur, idque adhibito principio causali. Antequam vero rem aggreditur de vi et natura hujus principii accuratius disserere instituit. Qua in re quoniam mirum quantum a Kantio dissidet, pauca quaedam proferenda videntur.

§ 13.

Philosophos nostrae memoriae in varias de principio causali abiisse sententias. Ne aliorum captus teneatur au-

*) (Pag. 193.) .... Das wird offenbar, wenn wir bedenken, dafs sich auch mit dem Erkennen durch unmittelbares Bewufstsein der Sache in uns, wie mit jedem andern nothwendigen Erkennen, jenes Halten vergesellschafte, und dafs dieses Erkennen dadurch die Zuverläfsigkeit bekomme, die ihm ohne jenes Halten fehlt, und dafs ihm diese Zuverläfsigkeit durch jenes Halten unwiderruflich bleibe, eben weil sie ihm ohne jenes Halten fehlt, und weil dadurch jenes Halten selbst unwiderruflich ist; dafs folglich dieses Erkennen (das Erkennen durch unmittelbares Bewufstsein der Sache in uns) durch den Beitritt jenes unwiderruflichen Haltens erforderlicher Maafsen geeignet werde, den Grund der Nothwendigkeit zu eben dem Halten im Falle eines jeden andern nothwendigen Erkennens auf eine gültige Weise zu finden und strenge zu prüfen, und also vielleicht die Nothwendigkeit aufzuheben und das Halten zu widerrufen.

ctoritate, et quod minus ipse probatum habeat, temere amplectatur, altius, quam a plerisque fieri soleat, sibi repetendum esse videri. Velle se ad fontem usque regredi, et duce propria conscientia vim ac naturam principii causalis exhibere. Teste autem sensu interno hoc satis constare, causam eamque sufficientem ideo physica necessitate cogitari, quo intelligatur, quomodo id, cujus sit causa, re vera esse possit. Nam causa non cogitata s. negata, neminem hominem, ni sibimet ipse pugnet, esse reale quid posse intelligere. — Differre autem reapse inter se causas cogitare et res sensibus perceptas cogitando amplecti. Alterum quod attineat, hoc ad intellectum referri in eoque esse, ut res ipsas, quae sint, nobis, ita ut sint, indicet et cogitatione depingat; causa vero si cogitetur rei alicujus, non rem ipsam cogitando nobis obversari, sed alterum quid, quo res tanquam fulciatur. Huc accedere, tantum abesse, ut idea causa cogitetur, quod sensibus percepta sit illa, ut etiam fugiat omnino sensuum vim atque perceptionem. Cogitari potius rerum causas a priori et necessario quidem. Quare etiam ad altiorem, quam sit intellectus, animi facultatem hoc munus referendum esse, hanc autem esse, quae vulgo ratio dicatur. *)

*) (Pag. 153.) Wir denken also nicht über dieses Sein, was es selber wieder sei, d. i. wir denken darüber nicht, um es selber wieder zu verstehn; wir müssten denn das Sein selbst durch den Begriff Grund denken, was wir aber nicht thun; sondern wir denken hier diesem Sein etwas hinzu, nämlich einen Grund, worin es seine Haltung habe — dafs von ihm ein Grund sein müsse, das ist unser Gedanke. Dieses neue Denken ist daher kein Act des Verstandes; weil darin nichts verstanden wird, weil auch kein Verstehen dadurch vermittelt oder befördert wird; sondern es setzt das Verstehen, und was dahin gehört, als vollbracht voraus, und kommt nun diesem vollbrachten Acte des Erkennens (dem Verstehen) als ein davon ganz verschiedener neuer Act des Erkennens hinzu, damit das in dem ersten Acte bereits erkannte Sein bestehend gemacht und gegen das Nichtsein gesichert, mit einem Worte: damit es begründet werde. Die-

§ 14.

His expeditis, quaeri, quid de principio causali? Utrum cogamur cogitare tantum rerum causas, an cogitatas etiam pro realibus habere? Id ut rectius dijudicari possit, vel maxime juvare, excutere eas conditiones, quae necessario subesse debeant, quo vere cogamur adhibere rerum causas. De his rebus sensum internum hoc testari: nisi primum constiterit, esse reale illud, cui causa adjungatur, causam non adjungi. Nimirum non esse, ut rei fictae aut commentitiae causam ullam desideremus; at quidquid revera sit, id habere causam sufficientem. Quae vero cum ita sint, facile esse intellectu, rationem non modo ad hoc cogi, ut causam cogitet, s. imaginem causae sibi fingat; sed cum necessitate cogitandi esse alteram necessitatem, eamque physicam, copulatam, qua impellamur, ut cogitatae causae etiam assentiamur, et propriam a menteque nostra sejunctam realitatem tribuamus. Etenim requiri causam, ut sit quasi fulcrum realitatis objectorum: realitatem autem mera idea causae, quippe quae

ses Denken mufs also von einem andern und zwar von einem höheren Vermögen entspringen, als das Vermögen zu verstehen (der Verstand) ist .... ich werde es allzeit mit seinem eigenen Namen Vernunft nennen. — Pag. 156: Ferner denkt die Vernunft dann, getrieben durch dieselbe Nothwendigkeit zu begründen, das durch ihren Begriff Vorgestellte, ein Etwas das Grund sei, rein a priori als seiend, uubekümmert, ob so etwas wahrgenommen werde oder auch nur wahrgenommen werden könne, überhaupt ohne alle Rücksicht auf Wahrnehmung — es mufs sein. Etwas Aehnliches thut der Verstand nie: sondern dieser hat allzeit an dem Wahrgenommenen oder doch an einem durch die Wahrnehmung Bezeichneten das Object, was er durch seine reine Begriffe denkt; und er denkt aus Nothwendigkeit zu denken, das ist hier, zu verstehen. Dahingegen ist der Begriff der Vernunft weder aus der Wahrnehmung, noch hat er in irgend einem Sinne sein Object in derselben, wenigstens kann es nicht durch Erfahrung ausgemacht werden, dafs er sein Object, in welchem Sinne auch immer, in der Wahrnehmung habe — d. h. er ist seiner Natur nach Idee. — —

in mente nostra inhaereat, haud posse fulciri. Nullum esse inter ideam et rem ipsam nexum causalem. *)

Exstare autem illud primum reale, cujus causa cogitetur et pro reali habeatur, quodque tanquam necessaria conditio principio causali, subesse debeat in mentis nostrae affectionibus, quare justo modo adhibito principio causali ad alias realitates posse transiri. Hoc modo philosophiae fundamenta esse jacta, viamque inventam et rationem, quam insistere liceat ad aedificium realismi firmiter exstruendum.

Annotat. Si quis ea, quae breviter hucusque exposita sunt, secum reputet, hoc vel maxime perspicuum erit: Hermesii doctrinam, in una assensione, eaque necessario adhibita, stare innisam; Kantium contra cognoscendi viam, eamque solam, et insistere et persequi. Et ne iniquum philosophorum, de quibus agitur hoc loco, te praebeas judicem, hoc illud imprimis in memoriam revocasse juvabit. Jam nunc vero nostram de his rebus sententiam aperire placet.

*) Pag. 179: Kann nun aber die Vernunft begreifen, wie etwas in der That wirklich seyn könne, wenn sie nur denkt, es habe einen wirklich vorhandenen Grund, und wenn sie darneben einräumt, in der That möge dieser Grund aber wohl nicht da seyn? .... Läfst sich aus einem blofsen Gedanken, den ich habe, einsehen, wie es möglich sey, dafs etwas Wirkliches aufser meinem Gedanken da sey, und so da sey? Nicht den Gedanken einer Ursache, sondern eine in der Wirklichkeit vorhandene Ursache — oder allgemein: nicht den Gedanken eines Grundes, sondern einen in der Wirklichkeit vorhandenen Grund mufs die Vernunft haben, wenn sie begreifen soll, wie etwas wirklich seyn könne. — Dieses ist so offenbar, dafs alle fernere Auseinandersetzung überflüfsig seyn würde.

PARS ALTERA.

§ 15.

Ex iis, quae supra disputata sunt, eandem quidem nostros philosophos quaestionem sibi expediendam proposuisse vidimus. Quaestio autem in eo fere omnis consumitur, ut strenue dijudicetur: numquae sit notionum, idearum in mente nostra insidentium cum rebus ipsis, ad quae referuntur, vera necessitudo, h. e. sintne ideae et notiones habendae pro consentaneis cum objectorum realitate, necne? Quod quum eundem fontem adiisse sibi videantur Nostri, nihilominus tamen mirum quantum differant, nostrum erit, causas perquirere et rationes, quibus ducti ad eventum satis disparem pervenierint, et placita haud parum sibi inimica sint amplexati. His causis exploratis, satius dijudicare licebit, rectene fecerit alteruter, an secus. Jam hoc aggredi conabimur.

§ 16.

Posteaquam Kantius plura, ut supra monuimus, de philosophia deque miserrima ejus conditione disputavit, ad alias, quas meliorem sortem nactas perhibet, disciplinas deducitur exploraturus, qui sit factum, ut, nullo dubitandi locó relicto, in rebus, quas tractent, confidenter versari audeant. Est autem prae ceteris omnibus mathesis, quam imitandam sibi proponit. Equidem vero, si philosophiam ejusque cum aliis disciplinis conjunctionem revocare velis, Kantius nobis de maxima inconstantia reprehendendus videtur. Quae est enim, quaeso, ista comparatio philosophiae cum mathesi aut cum qualibet alia arte instituta? Non est, cur non disciplinas secum comparatas inducas, similitudines et dissimilitudines rerum exhibeas; vel idem etiam in philosophia fieri posse concedimus. Verum enim vero eam esse philosophiam satis constat, ut, si cum aliis

disciplinis compares, ea potissimum ex parte quam maximas dissimilitudines videre liceat, quatenus Kantius similes esse velit. At non modo similes esse velit, sed philosophiam ad mathesin accommodare audet! Ad hanc Kantii sententiam dijudicandam nihil necesse est exquisitioribus uti argumentis; tota potest brevi causa confici. Satis erit revocasse, quid sit philosophia, qualemque sibi, in qua versetur, materiem subjiciat. Quod si vero ex ipsius Kantii sententia ea est philosophia, quae, quotquot exstare dicuntur, rerum cognitiones nullas esse contendat, nisi primum illud in universum constiterit, qui fiat, ut justo modo „a priori“ ad res cognoscendas perveniri possit; si igitur haec est philosophia, quae tandem potest institui comparatio, quandoquidem, quocum comparet, Kantius ipse sustulerit, idque summo jure fecerit? Quae, quaeso, objectorum, in quibus variae versantur disciplinae, est realitas, quae cognitionum veritas, nisi primum duce philosophia obtinueris? Est philosophiae, jacere omnium cognitionum fundamenta, quae ubi nacti simus recte dixeris varias nasci rerum disciplinas. Haec quae in universum disputata sunt, eodem jure ad mathesin pertinere vides. Quae quum ita sint, quae est ista fides mathematica, quam Kantius jactat, idque ad philosophiam confirmandam?!

De spatio et tempore Kantiano multo in utramque partem disputata sunt. Est hujus loci, causas proferre, quibus ductus Kantius ad eam, quam tuetur, sententiam pervenisse nobis videtur. Quae quidem causae tam graves sunt, tamque memoratu dignae, ut non solum hanc primam philosophiae Kantianae partem, sed totam etiam Kantii, Fichtii, Schellingii, Hegelii, aliorum theoreticam philosophandi rationem ex iis profectam videre liceat. Res fusius explicanda est.

§ 17.

Kantius hanc sibi potissimum quaestionem expediendam proposuit: „Wie sind synthetische Urtheile

a priori möglich?" quae etiam ita potest enuntiari: sintne ideae et notiones in mente nostra insidentes ejusmodi, ut ab iis ad res ipsas, ad quas referuntur, progredi liceat, necne, h. e. sintne, annon sint, ideae et cognitiones nostrae consentaneae cum objectorum realitate. Jam vero ab initio videre licet, Kantium non quaerendo progredi, id quod facere debebat! sed ita potius, ut, quod quaerendum sibi quam maxime proposuerit, id statim tanquam quaesitum assumat. Est autem capitale hoc vitium Kantianum duplex. Primum enim Kantius in eo de maxima inconstantia reprehendendus est, quod, antequam, quo comprobetur, quid attuliterit, esse realia objecta extra nos posita censeat. His nullo jure propositis, jam alterum vitium committit, ex quo illud natum est, ut ad mathesin sibi confugiendum esse statuat. Alterum autem vitium in eo cernitur, ut quaestionem de idearum, cognitionum veritate susceptam, mirum quantum deformatam, aut potius omnino sublatam persequatur. Non est enim, ut *inquirat*, sintne ideae et cognitiones habendae pro consentaneis cum realitate objectorum; sed ita potius agit, ut, objectorum relitate temere assumta, ideas et cognitiones cum illis quam maxime consentaneas *reddere* philosophando conetur. In quem nobis errorem incidisse videtur Kantius, quod veritatem *objectivam* assequi vellet, dico autem: *vellet*. Hoc videlicet est magnum illud thema probandum a Kantio propositum, quod Fichtius, Schellingius, Hegelius, alii mutatione aliqua adhibita invita humana natura absolvere sunt conati!

§ 18.

His cognitis, facile est intellectu, Kantium necessario eo esse deductum, ut ad mathesin confugiens spatium et tempus nihil praeterquam formas intuendi esse censeret. Qui enim, si res ipsas in spatio collocatas esse docuisset, h. e. si spatium quid extra nos positum esse voluisset, qui ideas et cognitiones, in mente nostra insidentes, a rebus ipsis vere profectas cum iisque esse consentaneas probare potuisset? Frustra enim evincere susceperis, esse aliquam ideam s. cognitionem consentaneam cum objecto, ad quod refertur, nisi ideam et objectum adeo contrahas, ut unum idemque esse dixeris. Hoc tandem modo veritatem objectivam tibi assequi licebit. Kantium autem revera veritatem objectivam assequi voluisse, haec non solum nostra est sententia sed ex ipsius verbis satis est in aperto. Ex his etiam illud intelligi potest, spatii et temporis idealitatem ex illo themate probando esse profectam, indeque constantem sibi philosophum ad mathesin confugisse.

§ 19.

Quid contra Hermesius? Nulla neque sensuum neque spatii habita ratione, ab initio totus in eo est, ut, quid de assensione cum necessariis cognitionibus copulata statuendum sit, qualem vim habeat atque naturam, discutere conetur. Quod si quis secum reputet, fortasse monuerit, hanc potissimum quaestionem a Kantio et Hermesio expediendam esse susceptam: sintne ideae et cognitiones menti nostrae inhaerentes consentaneae cum objectorum realitate, quare non tam ad assensionis quam ad cognitionis naturam explorandam animum adjiciendum fuisse. Videtur sane, at revera longe secus se habet. Tu perquiras licet, si volueris, idearum, cognitionum vim, et naturam, quin etiam ponamus, ad prosperum rem eventum esse deductam: si igitur omnino consentaneas inveneris ideas cum objectis, quid jamjam faciendum? Assensionem adhibendam esse dicis, et pro realibus objecta habere. Sane quin adhibueris, non est, quod impediat. Jam vero quum assensio vel ante omnem philosophiam de ideis susceptam in nobis sit, eaque physice necessaria, quam frustra retinere coneris: nonne consentaneum, omnem de cognitionum veritate institutam quaestionem ab assensione exploranda ordiri debere, ita ut ejus vis atque conditio enucleetur? Si hoc quaeritur num satis legitime assensionem adhibere queas cognitionibus, non est, cur non videas

utrum assensio jam adhibita labefactari aut etiam tolli possit, necne.

§ 20.

Kantius contra cognoscendi viam insistens, in solis ideis et cognitionibus enucleandis versatur. Etiam Hermesius, antequam de assensione illa disserere suscepit, cognoscendi viam insistit, non quo philosophandi initium inde sit faciendum, sed philosophiae Kantianae potissimum evertendae causa. Atque Hermesius hoc esse cognitionis videt, ut objectorum realitatem per eam nobis obversari, minime probare possis. Quin etiam ne illud quidem cognoscendi via constare: esse re vera ideam s. imaginem in mente nostra, quae ad objectum aliquod referatur. Posse enim quidem ipsam ideam denuo sciri et cognosci, verum tamen haec altera scientia et cognitio et sexcentae aliae, si collibuerit, sese excipientes, eandem habere conditionem. Ex quo efficitur, Hermesium, viam cognoscendi insistentem, in continuum scepticismum deduci, quod longe secus a Kantio fieri videre licet. Omnis enim Kantii philosophia a duplici, quod nominavimus, vitio profecta est. Quo si minus captus fuisset, et sensu potius duce interno cognoscendi vim explorasset, non dubito, quin Hermesii de hac re sententiam propugnasset. Quod quum vero, antequam probaverit, res extra nos positas pro realibus haberet, deinde cognoscendo eas attingere *vellet*: irretortis oculis hoc propositum persequens ita agebat, ut *experimentum!* faceret, quo id, quod *vellet*, efficeretur. *)

---

*) Praef. ed. 2dae pag. XVI: Man *versuche* es daher einmal (!!), ob wir nicht in den Aufgaben der Metaphysik damit besser fortkommen, dafs wir *annehmen*, die Gegenstände müssen sich nach unserer Erkenntnifs richten, welches schon besser mit der verlangten Möglichkeit einer Erkenntnifs derselben a priori zusammenstimmt, die über Gegenstände, ehe sie uns gegeben werden, etwas festsetzen soll. Ibid. pag. XVIII: Dieser *Versuch* gelingt nach Wunsch (!), und verspricht der Metaphysik etc. Ibid. Diese dem Naturforscher nachgeahmte (!) Me-

§ 21.

Hermesius contra, tantum abest, ut experimentum faciat ad assequendum quid — etenim quod praefracte voluerit, non est, — ut quaerat tantum, humana natura, quid valeat, quid non valeat. Quare viam cognoscendi insistens, quod liqueat, non invenit, quandoquidem idearum, cognitionum natura, earumque ad ipsarum objecta relatio plane sit in occulto. Verumtamen quod frustra in cognitione desideratur, id satis in assensione cum illa copulata positum vidit, et eo pervenit, ut viam quidem monstret, ad objectorum realitatem inveniendam, quam quasi mordicus tenere nos debeamus, de rebus ipsis autem quae sint, ita ut sint, nihil confidenter posse proferri contendit, quandoquidem omnis haec quaestio in solis ideis et cognitionibus dijudicandis versari debeat, quarum fides dubia sit et usque suspecta futura. Quod si quis igitur realismi Hermesiani vim in eo cerni crediderit, quod vere nos ad res ipsas traducat, is admodum erret. Quod frustra in cognoscendo desideratur, Hermesius uti diximus, duce natura in assensione necessario adhibita positum videt. Est autem haec assensio nihil praeterquam instrumentum realitatis, quod, quoniam in sola mente nostra inclusum reperitur, satis magnam quidem vim habet in nobismetipsis, ne vanas umbras et inania visa pro veris *habeamus;* veritatem objectivam autem (quam Kantius et alii praefracte volunt) nec profitetur Hermesius nec rerum natura patitur. *)

---

thode besteht also darin: die Elemente der reinen Vernunft in dem zu suchen, was sich durch ein *Experiment* bestätigen oder widerlegen läfst. (!)

*) (Pag. 189.) Mein Halten des Erkannten kann allerdings von dem objectiven Daseyn des Erkannten keine andere Gewifsheit geben als die ist: dafs ich (das Subject) das Erkannte für objectiv seyend halten mufs; d. h. es kann von dem objectiven Daseyn des Erkannten keine andere, als die höchste subjective Gewissheit geben. Wer aber nur selbst weifs,

§ 22.

Totam Kantii philosophiam in cognitione Hermesii in assensione versari vidimus. Quum vero cognoscendi munus ad intellectum, assentiendi ad rationem referri constet: philosophiam Kantianam recte philosophiam intellectus (Verstandes-Philosophie) dixeris, Hermesianam rationis (Vernunft-Philosophie). Idem videre licebit in iis, quae deinceps sequuntur. Exstant philosophorum, de quibus agitur, ipsissima verba, quae facere possint ad hanc sententiam quam maxime confirmandam. Ita Hermesius: Es mag an sich wahr oder falsch sein, was ich für wahr halte, wenn ich finde, dafs ich es für wahr halten mufs, und dafs ich nicht anders kann, so ist und bleibt es mir wahr; was ich nicht bezweifeln kann, das kann ich nicht bezweifeln: alle Bürgschaft für seine Wahrheit ist für mich überflüssig, und aller Beweis wider seine Wahrheit ist für mich ohne Wirkung. Nur da bedarf ich in der Reflexion der Bürgschaft für die Sicherheit meines Fürwahrhaltens, wo ich es widerruflich finde. *) Hoc modo Kantius: Wenn die Anschauung sich nach der Beschaffenheit der Gegenstände richten müfste, *so sehe ich nicht ein, wie* (!) man a priori von ihr etwas wissen könne; richtet sich aber der Gegenstand (als Object der Sinne) nach der

was er will, wird auch nach keiner andern Gewifsheit fragen; nicht nur weil sie nicht erreichbar ist, sondern auch, weil sie ein Widerspruch für des Menschen Denken ist: oder kann ein Subject anders gewifs sein, als dafs es gewifs ist? d. h. als dafs es selbst, das Subject, gewifs ist? Müfste es ja, um objectiv gewifs zu sein, nicht mehr Subject sein und als solches gewifs werden, sondern auch das Object sein, und als solches gewifs werden können; und doch mufs nach unserm Begriff von Gewifsheit — oder welchen passendern Ausdruck wir dafür wählen möchten — alle Frage nach Gewifsheit auf das Subject (auf das Ich) bezogen werden, und es ist ein Widerspruch, sie auf das Object beziehen zu wollen.

*) Pag. 147.

Beschaffenheit unseres Anschauungsvermögens, *so kann ich mir diese Möglichkeit ganz wohl vorstellen* (!!!). *)

Hermesii verba rationis sunt, quae (ratio) quanquam stricte probare diffidit, res a nobis, ita ut sint, posse attingi, fidem tamen et approbationem adjungere cogitur, nec potest retinere assensum. At contra Kantius intellectu captus tenetur, quo fit, ut, nulla assensionis habita ratione, omnes nervos intendat, quo res ipsas, ita ut sint, cognoscendo attingat.

§ 23.

His expositis, satis de fundamentis philosophiae disputatum videtur, sequitur, ut videamus, quomodo ultra progredi susceperint Nostri.

Perexigua Hermesio dubitandi rationibus intacta objectorum realitas reliqua facta est. Est autem haec prima realitas in iis, quae nobis consciis in nobismetipsis fieri solent, quaeque sensu interno directe percipiuntur. Ex hoc tanquam fonte cetera omnia, quae pro realibus habenda sunt, proficisci debent. Et Hermesius viam monstrat, quam ingredi liceat, idque duce principio causali. Posteaquam enim ad realitatem propriae mentis perventum est, de rebus extra nos positis suscipitur quaestio, quae tam strenue obsolvitur, ut, nisi cognitionum, idearum, quae ad res externas referri solent, causas sufficientes omnino volueris negatas, eas (causas) in rebus ipsis extra te positis collocatas credere cogaris. — Sed quid Kantius? Ex iis quae supra exposita sunt, videre licet, Kantium de objectorum externorum realitate nihil dubitasse, sed ita potius agere a principio, ut ideae et cognitiones quam maxime iis philosophando consentaneae evadant. Facit id quidem in rebus externis cognoscendis, nulla principii causalis habita ratione. Nec mirum. Etenim ad thema Kantianum expediendum tantum abest, ut principium causale

*) Praef. pag. XVII.

proficiat quid, ut etiam a *proposito* abducat. Qui enim comprobaveris id quod Kantio comprobare in animo erat, si adhibito principio causali vel firmissimis argumentis objectorum externorum realitatem commonstraveris? — Haud enim satis erit commonstrasse, pro realibus esse res externas a nobis habendas, sed hoc etiam vel maxime comprobatum desideratur: tales esse illas, quales in ideis et notionibus nobis obversentur. Quod vero quo obtinueris, sane a Kantio patefacta sola tibi restat via.

§ 24.

Hermesius principium causale rationi tribuendum esse statuit, quoniam omnem cognitionem hac via comparatam sua natura penitus differre videt ab iis, quas ab intellectu proficisci constat. Kantius contra, quotquot undique colligere possit, cogitandi functiones plane ejusdem generis esse perhibet et pretii: quare ad unam omnes eandemque judicandi, quam dicit, facultatem refert illas.

Hoc vere quidem dandum est, judicandi facultatem in notionibus copulandis versari; at vero aliam aliis notionibus vim subjectam esse et conditionem, Kantius omnino non vidit, nec videre potuit, quoniam varias, ex quibus proficiscuntur, fontes duce psychologia empirica perquirere minime suscepit. Notiones potius, de quibus agitur, collectas in medium profert.

Sed quid de formis illis et categoriis Kantianis Hermesius? Sane eas omnino nihil curat. Non quo nullas esse viderit illas aut pro arbitrio fictas, sed nihil necesse est de iis disputare, id quod ex iis intelligi licet, quae supra de assensione dicta sunt. Est enim, id quod jam supra vidimus, illa assensio non tantum cum cognitionibus e sensuum perceptionibus comparatis necessario copulata; sed accedit etiam ad cognitiones, quae a sola mente necessario proficiscuntur, quo fit, ut non modo in rebus sensibilibus, verum etiam in iis, quae fugiunt sensuum vim atque perceptionem, una assensio nobis criterium datum

est realitatis atque veritatis. Quae quum ita sint, numquid necesse est, Kantianas illas categorias et multifarias cogitandi formas religiose dissolvere et examinare? Si de assensione quaeritur, nonne eo ipso etiam de illis simul et satis quaeritur, quandoquidem assensio nihil nascitur in nobis, nisi praecesserit cognitio, omnis autem cognitio, quippe quae in notionibus versatur, in formis illis et categoriis Kantianis tanquam inclusa reperitur? — Si assensionis vim et naturam satis perspexeris, nec ullo modo labefactare illam videris, sane non est, cur cogitandi modos fusius persequaris. Non enim quaeritur in philosophia, quid cogitari possit, sed quid pro reali haberi debeat. Est autem forma quaecunque et categoria Kantiana nihil praeterquam instrumentum cogitandi et cognoscendi, assensio Hermesiana realitatem obtinendi.

§ 25.

Quum igitur ab assensione, quod suam rem juvaret, nihil proficisceretur, sed omnem philosophiae salutem a cognoscendo peteret: factum est, ut etiam principium causale ad hanc normam deformatum, vel potius mutilatum, confractum, acerbissima clade a Kantio afficeretur. Nimirum Kantius quidem docet, principium causale a priori, in mente nostra positum esse atque ingeneratum; sed admodum invehitur in eos, qui freti hoc duce ultra sensuum perceptionem progredi audeant. Etenim necessario quidem rerum causas nos cogitare perhibet; sin vero ultra sensus protendere volueris, vanas umbras et inania visa te amplecti, acriter et ex animo contendit. Quoniam Hermesium aliam longeque diversam sententiam propugnare vidimus: fusius de hac re gravissima disputare juvabit.

§ 26.

Empiricas quod attinet notiones, hoc est in aperto: fieri non posse, ut rite transferantur ad res sensibus non obnoxias. Quidquid enim continent notiones empiricae, id omne a sensuum perceptionibus profectum exstat: quare

cum rebus, quae fugiunt sensuum vim, nihil habent commune.

Aliter de notionibus, quas a priori dicunt, judicandum est. Hae sunt duplicis generis, aut enim ex intellectu aut e ratione nascuntur. Huc pertinet quoque notio „causae", quae auctore Hermesio nullo sensuum adminiculo a ratione proficiscitur, quare, quod liqueat, de ejus vi et natura in medium nihil proferre poteris, nisi quod haustum sit ex ipsa ratione duce sensu interno. Rationis autem naturam, supra exposuimus. Tantum vero abest, ut extra res sensibiles proferre non liceat principium causale, ut de rebus, quarum causae cogitentur et pro realibus habeantur, sintne sensibus subjectae nec ne, nihil omnino quaeratur. — In principiis dijudicandi inveniendis hoc vel maxime animadvertendum est, ut ne singuli modi et conditiones, qui principiis contineantur, justo majorem vim in illa constituenda exerceant. Hoc enim modo necessario efficitur, ut, quoniam fraudulenta captus specie rem in universum amplecti recuses, unam aliquam speciem pro genere inducas, et principia ipsa exhibeas deformata. Hoc imprimis in philosophiae principiis constituendis usuvenire solet, et Kantio quoque contigisse videmus.

§ 27.

De principio causali propria dictat conscienscia: ad hoc in universum physice nos cogi, ut cogitemus et pro reali habeamus, quodcunque revera sit, id habere causam sufficientem. Dico autem in universum. Nam causam quidem necessario desideramus, eamque realem; quae vero, qualis, ubi ... sit illa, haec et quae sunt alia generis ejusdem cognoscere, nihil desideratur, nec postulat ratio. Satis est causam cogitare et pro reali habere; non opus est quaerere ipsam, et accuratius examinare naturam ejus et conditionem.

Attamen fieri potest, ut ipsam causam inquiramus, et quibus sit obnoxia conditionibus, quomodo cum eo, cujus est

causa, cohaereat, perscrutari suscipiamus. Hoc usuvenire solet, ubi ratio, quae in universum causam tantum postulat, in singulis rebus cognoscendis versatur. Quare quod in universum vere dicitur de causa sufficiente, in singulis rebus cognoscendis non tollitur quidem, sed varias subire formas cogitur, easque ipsa rerum cognoscendarum natura et conditione constitutas. Huc pertinet, ut in rebus sensuum perceptionibus obnoxiis causam tempore priorem videre liceat causato, causatum habere causam extra semet ipsum positam ... et alia, quae ex rerum sensibilium natura et conditione nascuntur. Quod sin vero quis de principio causali in universum dicere audeat, quod summo jure ad res sensibus perceptas pertinere videt, is admodum in errore versatur quandoquidem vim universalem principii causalis, quae, priusquam singulis rebus adhibetur, quam maxime exploranda est, haud satis perspexerit.

Et hoc est potissimum, quod a Kantio factum videre licet. Quum enim perpetuo persecutus sit thema illud probandum, omnesque in omni philosophia notiones ad id revocare susceperit, eodem animo principium causale aggressus est. Et Kantius valde sibi constans erat in hac re. Nimirum qui, viam cognoscendi insistens, id, quod Kantius usque *vellet*, absolvere conatur, is necessario eo deducitur, ut inanes esse statuat notiones omnes, quae fugiant sensuum vim eorumque perceptiones. Quare tantum abest, ut, quale primum e mente nostra in universum profectum exstat principium causale, tale vere agnosci possit, ut, nisi ad sensuum conditionem accommodetur, in vanas umbras deducat nos et inania visa, quandoquidem quod respondeat notionibus, in mera cogitatione extra sensus frustra desideratur. Et Kantium in hac fuisse sententia jam supra monuimus, quare etiam, ubi sensus deficiant, temere principium causale adhiberi censeat. Et quod magis est, ipsum principium ad sensuum conditiones adeo accommodatum propugnat, ut, quum simul etiam a priori illud e mente nostra profectum velit, mixtum com-

positum tueatur, quod, quale sit, haud satis dijudicare possis. Audiamus Hermesium de hac re disserentem: Ich sage (bewirkende) Ursache zum Unterschiede von der Redensart, worin Ursache für erste oder auch für ursprüngliche Sache genommen wird, und wo dann das Correlatum nicht Wirkung, sondern Folgesache ist. Der Begriff von Ursache ist dann Verstandes-Begriff. (Et philosophiam Kantianam esse philosophiam intellectus, satis supra vidimus.) Ein solcher war auch der Begriff von Ursache, welchen man in der alten Metaphysik gar häufig gab: „Ursache ist das, worauf, wenn es vorhergegangen ist, ein Anderes folgt, welchem aber dieses Andere nicht vorhergeht.“ Dieser Begriff enthält noch nichts, was nicht der Verstand, durch die Erfahrung und Erinnerung bestimmt, schon denkt, auch den zweiten Theil desselben nicht ausgenommen. Wenn Kant diesen Begriff dadurch berichtigen wollte, dafs er sagte: „worauf ein Anderes nothwendig folgt“; so erreichte er dadurch noch gar nicht den Vernunft-Begriff der Ursache, welchen ich hier in seiner Entstehung vorgewiesen habe, und wessen die Metaphysik bedarf: sondern Kant verband auf solche Weise nur den Vernunft-Begriff der Nothwendigkeit mit dem Verstandes-Begriffe der ersten Sachen, und dichtete so einen neuen Begriff, (quibus ductus causis hoc fecerit nos supra vidimus) der weder Vernunft- noch Verstandes-Begriff war. *)

§ 28.

His perpensis atque reputatis, satis constare videmus, principium causale in rebus sensibus perceptis posse quidem et debere etiam adhiberi; tantum vero abesse, ut, si quando in philosophia ultra sensus adhibeas, recte μετάβασις εἰς ἄλλο γένος dicatur, ut etiam κατάβασιν esse dixeris ejusdem principii usum in rebus sensibilibus.

*) Pag. 176.

Sed quid est, quod tantum valere videatur Hermesio, ut principium causale justo modo et confidenter ultra sensus proferat?

Satis supra vidimus, omnem Hermesii philosophiam non in cognoscendo sed in assentiendo esse positam. Idem in principio causali videre licet. Ut enim frustra sensuum perceptionibus aut cognitionibus objectorum realitatem attingere coneris, nisi necessaria illa, quam saepius diximus, assensio accesserit, ita etiam duce principio causali non cognoscendo ad rerum causas perveneris, sed assentiendo. Naturae enim necessitate impellimur ad hoc et cogimur, ut, quidquid revera sit id habere causam sufficientem non solum cogitemus verum etiam pro reali habeamus. Et haec assensio physice necessaria et ex mentis nostrae natura etiam invitis nobis profecta, tantum valet Hermesio, ut, nullo dubitandi loco relicto, rerum causas confidenter pro realibus habeat, licet fugiant sensuum vim eorumque perceptionem.

§ 29.

His consideratis, iterum videre licet, quod jam supra monuimus: tantum abesse, ut Kantius solam rationem in philosophando secutus sit, ut omnem doctrinam duce intellectu sibi formarit.

Ex his etiam intelligi potest, qui factum sit, ut recentiores philosophi parum curent psychologiam empyricam, quippe quam Hermesius maximi pretii esse statuit, strenueque persequendam, priusquam pedem in philosophiam ferre coneris. Et quid mirum? Quum enim omnis philosophia in eo est, ut quaeratur, numquid sint consentaneae nec ne ideae et notiones cum objectorum realitate, nemo non videt hanc quaestionem absolvi non posse, nisi ad ipsas ideas et cognitiones animum intendamus, earumque originem, vim et conditionem exploremus. Quae quum ita sint, qui tandem, quod liqueat, proferre potueris, nisi quod duce psychologia empirica e propria con-

scientia sit haustum. Hoc modo Hermesium in philosophando progredi vidimus, qui, quum, quod praefracte assequi *vellet*, non haberet, duce natura eo pervenit, ut in una assensione, si vere stet illa, nec possit deleri, acquiescat, et objecta pro realibus habeant, licet de idearum et cognitionum fide prorsus nihil probaverit. Quin etiam si stricte probare potueris, falsas esse ideas omnes nostras et cognitiones, nec ullam omnino concessam esse nobis veram rerum cognitionem, quid ad rem? — Numquid hoc probato, Hermesii philosophiam, eversam credideris? — — Meminisse juvabit, quae sit vis in nobis quae natura assensionis necessario adhibitae. Nam capti tenemur assensione, nec recedere licet desperatis, nec progredi. Quare recte Hermesius et duce psychologia empyrica ita: Nicht wir selbst versetzen uns in die wirkliche Welt, sondern wir werden ohne uns in dieselbe versetzt, weil wir ohne uns und ohne daſs wir es vermeiden können, mit Nothwendigkeit, in das Fürwirklichhalten versetzt werden. Dieses nothwendige Halten mag an sich nur Schein sein; wir können das Gegentheil nicht beweisen (erkennen), aber jede Erkenntniſs des Gegentheils stände auch gleich der Nichterkenntniſs, und was sie einzig über die Nichterkenntniſs erheben könnte, wäre ein uns nothwendiges Halten des in ihr Erkannten; und das ist uns gegeben. Wir können uns daher nicht losmachen von der Wirklichkeit, sondern bleiben an dieselbe gleichsam verkauft, wenn wir uns nicht zuvor losmachen können von dem vor aller Reflexion in uns gegebenen, und mit jedem neuen aber nothwendigen Erkennen auf's neue in uns gegebenen Fürwirklichhalten des Erkannten. *) Kantius contra suo quam maxime captus proposito, quod efficere *vellet*, id unum persequi suscepit, nulla propriae conscientiae habita ratione. Hoc uno

---

*) Pag. 191.

correptus studio refert: Es sind nur zwei Fälle möglich, unter denen synthetische Vorstellung und ihre Gegenstände *zusammentreffen* (!), sich aufeinander nothwendiger Weise beziehen, und gleichsam einander *begegnen* (!!) können. Entweder wenn der Gegenstand die Vorstellung, oder diese den Gegenstand möglich macht. *)

§ 30.

Hoc modo Hermesius principia bene provisa ex ipsa mente humana petiit. Quae quum ita sint a natura constituta, ut facere non possis, quin usque adhibeas in veri pervestigatione: est sane, cur bene sperare possimus de metaphysica justo modo his fundamentis innisa. Quocunque enim pervenerimus hac philosophandi ratione, hoc praesagire licet: ad objectorum realitates nos vere traduci, quibus firmam fidem adjungere debeamus et approbationem. Quare satis confidenter Hermesius: Wir stehen also nun am Eingange der Metaphysik, und können ungehindert in dieselbe eingehen, weil wir den Eingang dazu gefunden haben. . . . Wir haben nun gefunden, wie wir mit Wirklichkeit anfangen und mit Wirklichkeit fortfahren können. **) At Kantius, quippe qui certum finem sibi proposuit, frustra interdum agit et a proposito haud raro desistere cogitur. Quare singulari modo ita: Denn in ihr (der Metaphysik) geräth die Vernunft continuirlich in Stocken, selbst wenn sie diejenigen Gesetze, welche die gemeinste Erfahrung bestätigt (wie sie sich anmaaſst) a priori einsehen will. In ihr muſs man unzähligemal den Weg zurückthun, weil man findet, daſs er dahin nicht führet, *wo man hin will.* (!!!) — —

---

*) Pag. 124.

**) Pag. 197.

§ 31.

His expeditis, satis de hac re disputatum videtur. Nostrum erat capita tantum attingere, quae fusius persequi et in minimas dilatare partes, non est hujus loci. — Si quis ea, quae a nobis disputata sunt, secum reputare velit, facile etiam intelliget, quomodo Fichtii, Schellingii, Hegelii philosophia cum Kantiana cohaereant, et qui factum fuerit, ut una ex altera nova induta forma sit profecta.

Corrigenda:

pag. 5	lin.	12 sup.	lege :	geometrae.
- 12	-	7 -	-	clariore.
- 15	-	7 inf.	-	ideo.
- 19	-	11 -	-	multa.
- 20	-	12 sup.	-	attulerit.
- 20	-	21 -	-	realitate.
- 21	-	8 inf.	-	habenda.
- 22	-	15 sup.	-	habent.
- 22	-	8 inf.	-	duplice.
- 31	-	11 -	-	empiricam.